

**Nicolai Cavssini Trecensis E Societate Iesv, De Eloqventia  
Sacra Et Hvmana**

**Caussin, Nicolas**

**Coloniae Agrippinae, 1626**

Anticicerones. Ludus, Seu Dissertatio de optimo genere dicendi.  
Eloqventia apvd Dicen, contra suos corruptores agit. Oratio I. Capvt XVII.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68724](#)

Ciceronis manum, deinde ita exclamauit,  
Quanto aliter reus Ciceronus, tenebas manus eius?  
Quod ut stupidè dictum arguit Seneca, nemini enim dubium est, quia aliter teneret manus reus, aliter, intersector.

Irem, Gorgonius in causa Cimonis contra filiam Calliae cum eius adulterio de honestata Miltiadis trophya dicere vellet, hoc ut acutè colligeret foedum cacozeliae generu vñus, ut notat Seneca dixit. *Istud publicum adulterium est, sub Miltiadis trophya concubere.*

Et in controversia Parrhasij, qui miserum olynthium torserat ut Prometheus pingueret, cum omnes certatim subtilia quæque acuminâ explicarent, Licinius Nepos consurgens:

*Si vultis (inquit) dignè panire Parrasium, ipse se pingat. Primum quomodo se pinget, ex speculo? At hic modus, tum inusitatus fuit. Deinde quæ pœna, si se depinxerit?*

Spiridion videri voluit vulturios ad Parrhasij tabulam in templo collocatam aduolare, fabula eleganti ad turpem sententiam producens, quæ igitur familiariter in templum subiecte vultures putauit, ac columbas, & passeres, tanta fuit eius in inueniendo subtilitas.

Nec minus stupidè dictum putat, quod in suaforia de bello Persico dictum est a Coruo futili quodam Rhetore.

*(Quod si iam Xerxes ad nos suo mari nauigat, fugiamus, antequam nobis terra surripiat. O nauum bellatorem!*

Alij sensus etiam frigidos inflatorum verborum nouitate includunt, & ad summam usque insaniam deueniunt: ex quo genere sunt alii ciuidem Corui.

Hic cum tentaret scholam Romæ, summo illi, qui Iudeos subegerat, declamauit controversiam de ea, quæ apud matronas difficebat, liberos non esse tollendos, & ideo accusatur Recip. laesæ. In hac controversia hoc genere dividendi vñus est, *inter pyxides, & redensis anima medicamina, confitit micrata concio,* nec dissimilia sunt Musæ Rethoris: *celo repluunt odoratos umbras, & de sylvis naturalibus calat sylvas, de pictis, surgentia nemora.* Item (Quicquid aiuum volitat, quicquid piscium natat, quicquid ferarum discurrat, nostris sepelitur ventribus. Quare nunc cur subiro moriamur, mortibus viuimus.) De hac sententia ait Seneca Rethor.

Non ergo, & si iam manumissus erat, debuit de corio eius nobis saufici. Non sum ex Iudeo.

cibus seuerissimis, qui omnia ad exactam regulam redigam. Multa donanda ingenij puto, sed donanda vita non portenta sunt.

Hæc sunt igitur, in qua frequenter delabuntur subtile illi nugarum enucleatores, sed & si quis magnos illos authores, Senecam, & Salustium perentare velit, inueniet procul dubio nonnulla, in quibus plus æquo sibi in hac scribendi ratione placuerunt: videbit fortasse errores, emendare noluerunt. Est enim amabilissimum insanæ genus, ingenio (quod alium) indulgere.

Patere hie lector ad tot locutionum exemplarum aliquo genere urbanitas diluendam in dilucidum transferri, ducto ex *Antonius* *Seneca* exemplo. Producetur à nobis eloquentia & rhetorica apud Iouem de suis corruptoribus conquerens: *Mox designatis iudicibus, apud Rhadamanthum inter heros illos citabantur rei Anticicerones, M. Tullio Cicerone suam causam agente, & tot errorum portenta, contra stylis puritatem refellen-*te.

#### ANTICICERO. S.

*Ludus, seu Dissertatio de optimo genere dicendi.*

ELOQVENTIA APVD  
Dicen, contra suos corruptores agit.

Oratio I.

CAPVT XVII.

SI me luctu, & squalore deformatam (parentes *Imitatio* optima) non agnoscis, saltem ex eo, inimicorum meorum crudelitatem agnoscas, tis. qui me venustissima specie virginem, ad eam malorum acerbitudinem redegerunt, ut ipsis parentibus penè videar ignota.

Ego illa sum (me miseram) quid dico; non sum, sed fui Regina terrarum eloquentia, haustus de tuo fonte riulus, imago tuæ mentis, simulachrum glorie, portio diuinitatis. Ego illa sum, quæ tuis imperijs, excelesti beatiorum domicilio in terras veni, ut hominum subleuarem miserias, & non modo necessarijs ad salutem tuendam præsidij instruerem, sed etiam eœlestibus, ad conciliandam dignitatem vestrem ornamenti. Ecce quod iusseras, mortales inueni turpes, hispidos, longa macie tortuosos, qui sub queru glandem ructabant, beluis

*I*uis omnino, quām viris similiores. Cōpi ego  
venam miserorum tenere, sensus intimos deli-  
bare, affari blandissima oratione, consolari, il-  
lustrare, hortari, animare; ad summum agrestia  
ingenia ita dedolau, ut ab hac morum barba-  
rie, paulatim ad elegantiora defluerent, agros  
excoherent, vibes sepiant mēnibus, & fan-  
tam inter se colerent societatem. Per me con-  
stituta sunt ciuitates, leges natæ, & adulteræ,  
firmata militia præsidij oppida, sexcentum  
que artium, & scientiarum amicitia collu-  
strata penè ad ipsius cœli gloriam efflou-  
runt. Non tot prata floribus, non tot margar-  
xitis fulget Erythræum mare, non tot meantia-  
um stellarum ignibus iuus ille princeps orbis  
atque est vermiculatus, quo ciuitatibus  
viris, academis virtutibus, per me mundus  
colluxit! Heu ubi illa tempora, quibus ego  
curru aureo, nūcque candore fulgentibus  
quadrigis inuecta triumphabam? ubi tot reges,  
qui me in eorum virtutum stupore percussi ad-  
mirabantur? ubi illa secunda summis ingenii  
js scula, quorum nomen ne appellare quidē  
audet?

Exciderunt Demosthenes, Lysias, Hy-  
erides, Cicerones mei. Natum est hominum ge-  
nus audax, armens, impudens, qui me deforma-  
rent plagi, & veluti in cruce distorquerent, an-  
ni ferme mille sunt, & sexcenti, ex quibus quo-  
tidie distractos improborum fabula & iudas.  
Alij me sufflant, alij macie encant, alij conci-  
idunt, alij enervant, alij Hecubam faciunt, alij  
Helenam, alij vnam ex furijs. Dici non potest,  
quot formas induo, in omnibus tamen infor-  
mis: Iam (mihi credite) Proteus ille fabula  
non erit, siquidem poetarum figmentis meæ  
fidem dederunt misericoræ. At, quod in multis  
acerbitatibus acerbius est, vizitum nonen vitio-  
rum occupauit, & quod ante turpitudinæ  
erat, totuni est gloriæ, vt ea lenocinante, ad fa-  
sinus depravata mentis cupiditas quemque  
prolecter. Postquam ventosa illa loquacitas in-  
uenum animos ad magna surgentes, veluti  
pesti lenti quodam sydere afflavit, dulce fuit  
omnibus despere, puduit etiam aliquos non  
insanire, & eō deuenientialementia, vt ncelio  
eunus Afini fordes, purpuras suas esse dicarent.  
O tempora, o mores, nunquam licet vna,  
& nobili plaga defungi? quid opus est enim,  
vt viuam? an, vt lugam, & inter quotidianas  
vulturum lacerationes centies moriar, ne  
semel inteream? Tu me saltem in extremam  
barbariem telega, ne confitos habeam oculos

calamitatis meæ. Graue est torqueri, graui-  
us à suis, in patria, in eo ipso loco, vbi cum  
honore antea vixeris grauissimum. Me qui-  
dem dicentem vires, ac latera deficiunt, & ad-  
uersariorum non mediocriter conturbat auda-  
cia, qui hanc fortè lucem, hunc grauissimorum  
iudicium confessum audent sustineri; nec im-  
pudentia suæ faltem pudentem exitum que-  
runt. Vos eorum latratus, si lubet, audieris; ego  
nec audire, nec sustinere possum. Qui pro me  
respondebit meus Tullius, si vobis, vestro no-  
mine, vestraque sapientia digna dicere videbi-  
tur, ipsum audite; sū autem ad hoc tribunal  
hodie iugulabimur.

**H**Ac miserabilis voce commotis omnium a-  
simis, primum comploratio, deinde tu-  
multus. Alij clamabant carnaices eloquentias  
ad remos, alij corruptores literarum, ad bestias;  
alij extinctores veteris disciplinæ, ad tartara.  
At Dice sceptro, vt poterat, Deorum minorum  
gentium exulceratos placans animos, Mercuri-  
um delegat ad Minorem, & Rhadamantum, vt  
de tota cauilla cognoscant, itemque ex sua di-  
gnitate dirimant. Dictum, factum, iudex asfig-  
natur Dionyfus Longinus emunctissimæ na-  
ris Criticus: Citantur pro infatis, Apuleius,  
de quo multæ iam criminationes spartæ; pro  
antiquarijs, Montanus Vatienus; pro puerili-  
bus, Pædariodes; pro fccis, Buteo, Illi, cum in  
Marcum Tullium multa intemperanter effu-  
sissent, ab eo grauissime disertissimeque confu-  
stati, & Longini suffragio damnati sunt. Nunc  
Apuleium ipsius audite.

## LV CIVS AP VLEIVS.

## Oratio I I.

## CAPVT XVIII.

**C**ommoodum punicantibus phaleris, Au-  
ro roseum quatiens lacertum, cælum inci-  
quitabat, cum me secure quieti reuulsus, Prä-  
eo ad vestrum calauit tribunal. Certus equidē  
eram, proque vero obtinebam (Cassi sapien-  
tiae) quique in consilio viri estis, hunc accu-  
satorem notissimæ temeritatis, accusationem *Inuehisur*  
me; prius apud te coeptam, quām apud se co-  
gitatam, penuria criminum solis de stylo meo tronorum, &  
conuictis impleturum; sed hoc uno præcipue quibus ac-  
confusis gratulor, quod mihi copiu, & fa-  
culta sub te iudice obtrigit purgandi mei, cum cuiusolo-  
& ante parta existimatio, & tua de me beati-  
qua presumptio, nihil non quicquam finat ruptor.

fidea-